

## CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXXIII

**QUĪ CUM ARMA CĒPISSENT ET VĀLLUM ASCENDISSENT, PRĪMŌ MĪRĀBANTUR**  
(coni. temporis plūsquamperfectī)

### vōx āctīva

	sg.	pl.
1.	~isse m	~isse mus
2.	~issē s	~issē tis
3.	~isse t	~isse nt

### vōx passīva

1.	≈us	essem
	≈a	
2.		essēs
3.	...≈um	esset
1.	≈i≈ae	essēmus
2.		essētis
3.	...≈a	essent

FōRMAE: laudāvisse (inf. perf. āct.) + -m, -s, -t, -mus, -tis, -nt  
laudātus esse (inf. perf. pass.) + -m, -s, -t, -mus, -tis, -nt

– CUM CĒPISSENT = POSTQUAM CĒPĒRUNT

*Quī cum arma cēpissent et vāllum ascendissent (= postquam... cēpērunt/ascendērunt), prīmō mīrābantur quamobrem mediā nocte ē somnō excitātī essent...* (vv. 109-111)

*Ego quoque dubitāre cooperam num nūntius vērum dīxisset (= postquam... dīxit)... (vv. 112-113)*

*Cum complūrēs hōrās ita fortissimē ā nostrīs... pugnātum esset (= postquam... pugnātum est)... (vv. 119-121)*

Post expugnātiōnem urbis...	<i>Mīnōs, cupidus aurī atque sanguinis, nōn modo magnam pecūniā, sed etiam hominēs vīvōs ab Athēniēnsibus postulāverat (cap. XXV, vv. 45-48)</i>
Urbe expugnātā...	
Postquam urbs expugnāta est...	
Post urbem expugnātam...	
Cum urbs expugnāta esset...	

*Ā Rōmānīs fortissimē PUGNĀTUM EST = Rōmānī fortissimē pugnāvērunt (cf. nūntiātum est, v. 105).*

**UTINAM EGO RōMAE ESSEM! (coni. temporis imperfectī - optātīvus)**

Aemilius Rōmae cum familiā suā esse vult, sed, quoniam in Germāniā stipendia meret, nōn potest: *Utinam ego Rōmae essem!* (v. 67)

Aemilius vult Rōmae apud Tiberim versārī, sed in castrīs apud Dānuvium est: *Utinam hic amnis Tiberis esset et haec castra essent Rōma!* (vv. 70-71)

Aemilius vult Mercurius esse, in Italiam volāre, sed ut homō volāre nōn potest: *Sī Mercurius essem alāsque habērem..., in Italiam volārem...!* (v. 166).

*Nisi nōs hīc essemus fīnēsque imperiī dēfenderēmus, hostēs celeriter Dānuvium trānsīrent...* (vv. 82-85, item 93-95).

**UTINAM PATREM AUDĪVISSEM ...!** (coni. plūsquamperfectī – optātīvus)

Aemilius patrem nōn audīvit atque ad bellum profectus est. Nunc cōnsilia praeterita mūtāre vult, sed ut homō nōn iam potest: *Utinam patrem audīvissem nec ad bellum profectus essem...!* (v. 166)

Aemilius perīcula vītae mīlitāris nōn intellēxit, patrem nōn audīvit, ad bellum profectus est. Nunc iam intellegit, sed praeterita ut homō, nōn deus mūtāre nōn potest: *Sī iam tum hoc intellēxissem, certē patrem audīvissem nec ad bellum profectus essem* (vv. 181–182).

*Etenim malus amīcus fuissem, nisi lacrimās effūdissem super corpus amīcī mortuī* (vv. 163–164).

**CONIŪNCTĪVUS OPTĀTĪVUS - CŌNSPECTUS**

- PRAESENTIS (cap. XXXII, v. 179): *Utinam nē pīrātae mē occīdant!* (Mēdus clāmat, cum nāvem pīrātarum appropinquāre videat et timeat nē tempore futūrō occīdātur; fortasse occīdētur, fortasse nōn – ipse nōn vult occīdī).
- PERFECTĪ: *Utinam Mēdus cum Līydiā in Graeciam salvī iam pervēnerint!* (Mēdus et Līdia iamprīdem profectī sunt. Dōrippa nescit an iam pervēnerint: fortasse pervēnērunt, fortasse nōn – ipsa spērat eōs salvōs pervēnisce).
- IMPERFECTĪ (cap. XXXIII, v. 67): *Utinam ego Rōmae essem!* (Aemilius Rōmae cum familiā suā esse vult, sed, quoniam in Germāniā stipendia meret, nōn potest)
- PLŪSQUAMPERFECTĪ (cap. XXXIII, v. 166): *Utinam patrem audīvissem nec ad bellum profectus essem...!* (Aemilius patrem nōn audīvit atque ad bellum profectus est. Nunc cōnsilia praeterita mūtāre vult, sed ut homō nōn iam potest.)

**NŪLLUM MIHI ŪTIUM EST AD SCRĪBENDUM / AD EPISTULĀS SCRĪBENDĀS**  
(gerundium / gerundīvum)

- gerundium: *Nūllum mihi ūtiū est ad scribendum*
  - gerundīvum: *Nūllum mihi ūtiū est ad -> epistulās -> scribendās* (cf. vv. 97-98, 116)
- gerundium: *Neglegēns sum in scribendō*
  - gerundīvum: *Neglegēns sum in -> epistulās -> scribendās* (v. 94)
- gerundium: *cupidus patriam videndī*
  - gerundīvum: *cupidus patriae videndae* (v. 80)
- gerundium: *ars epistulās scribendī*
  - gerundīvum: *ars epistulārum scribendārum*

**QUAERIS Ā MĒ CŪR TANTUM ŪNĀS LITTERĀS AD TĒ SCRIPSERIM...** (numerī distribūtīvī + plūrālia tantum)

- *ūna littera*: A
  - *ūnae litterae* (= *ūna epistula*)
  - *bīnae litterae* (= *duae epistulae*)
  - *bīna*, *trīna*, *quaterna*, *quīna*, *sēna*, *septēna*, *octōna*, *novēna*, *dēna castra*, cēt.
  - *duae litterae*: A, B
  - *bīnae litterae* (= *duae epistulae*)
  - *trīnae litterae* (v. 91,  
= *trēs epistulae*)
  - *trēs litterae*: A, B, C

## NÒTÀ BENE!

- **CUM:** *Quaeris ā mē cūr tibi ūnās tantum litterās scrips̄erim, cum interim trīnās quaternāsve litterās ā tē accēperim* (vv. 90-92; = quamquam interim trīnās quaternāsve litterās ā tē accēpī)
  - **CUM:** *Sed quōmodo aliōs cōnsōler, cum ipse mē cōnsōlārī nōn possim* (vv. 160-161; = vix possum aliōs cōnsōlārī, quoniam ipse mē cōnsōlārī nōn possum)
  - ...**QUOD**... + CONIŪNCTĪVUS OBLĪQUUS

**FUĪ:** *Haud difficile est mē excūsāre, quod neglegēns fuī in scribendō (= ego fateor mē neglegentem fuisse in scribendō, sed haud difficile est mē excūsāre quoniam...)*

**FUERIM:** *Haud difficile est mē excūsāre, quod neglegēns fuerim in scribendō* (v. 92-93, = tū dīcis mē neglegentem fuisse in scribendō, haud difficile est mē excūsāre)

- Dux mīlītēs laudāvit, quia fortiter pugnāverant.

*Dux virtūtem nostram laudāvit ‘quod contrā hostēs numerō superiōrēs fortissimē pugnāvissēmus’.* (vv. 143-145; nōn ego laudāvī, sed dux noster, cuius verba nunc referō)

**EGO QUOQUE DUBITĀRE COEOPERAM NUM NŪNTIUS VĒRUM DĪXISSET.**

## DĪCITNE NŪNTIUS VĒRUM?

- Ego **dubitō** num nūntius (*eōdem tempore*) vērum dīcat.
  - Ego quoque **dubitāre coepī** num nūntius (*eōdem tempore*) vērum dīceret.

DIXISTINE VÉRUM?

- Ego **dubitō** num nūntius (anteā) vērum dīxerit.
  - Ego quoque **dubitāre coeperam** num nūntius (anteā) vērum dīxisset. (vv. 112-113)

## DÍCETNE NŪNTIUS VĒRUM? ESTNE NŪNTIUS VĒRUM DICTŪRUS?

- Ego **dubitō** num nūntius (*crās*) vērum dictūrus sit.
  - Ego quoque **dubitāre coeperam** nūntius (*posterō diē*) vērum dictūrus esset.

## NŌTĀ BENE!

- NUMERŌ: *hostēs numerō superiōrēs* (v. 144) est ablātīvus līmitātiōnis velut *pede aeger* (cap. XI, v. 55), *nōmine Mēdus*, cēt.
- NĀRRĀ|TŌ! NĀRRĀ|TŌ|TE!: *Nisi ea spēs mē fallit, posthāc plūrēs epistulās ā mē exspectātō, atque plūrēs etiam ipa scrībitō!* Etiam alōs monētō ut ad mē litterās dent! Et dē rē pūblicā et dē rē prīvātā nārrātōte mihi! *Scītōte mē omnia quae apud vōs fiunt cognōscere velle.*  
*Scrīb|itō, scrīb|itōte* (sed *es|tō, es|tōte < esse*, cap. XXVI, v. 81, *fer|tō fer|tōte < ferre*).

		Imperātīvus temporis
		futūrī
		sg.
1. 2. 4.	-tō	pl.
3.	-itō	-itōte